



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Avctor Lectori S.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**



AVCTOR LE-  
CTORI S.



Collegeram multa lectione  
Doctorum sententias de Cas-  
bus, quos vocant, Conscien-  
tia, easq; breuissimè ad usum  
Confessorum ita disposue-  
ram, vt haberent in promptu  
eorum, quæ in Confessionibus acciderent, du-  
biorum facilem expeditionem: Adieceram  
præterea cuique sententia auctorem suum, vt  
sciretur à quo accepissem. Id opus cum volu-  
issem euulgare non defuerunt qui etiam loca  
propria librorum auctoris cuiusq; desidera-  
rent, quasi parum esset scire cuius esset senten-  
tia, nisi adderetur quo sui libri loco dixisset.  
Visa mihi res importuna, etsi viri aliqui do-  
cti ita sentirent. Quid enim attinet citationi-  
bus non necessarijs librum implere, & proli-  
xum facere breuitati studentem? feci ergo vt  
nemo iam id requirat, qui nec auctorum no-  
mina apponam, nisi raro, contentus in libri  
fronte dixisse Doctorum virorum esse senten-  
tias: quod ita esse, eruditi, vbi legerint, depre-  
hendent, imperiti credent. Vtrique verò ba-  
ni con-

ni con-

PR AEFATIO.

ni consulent si breuitati studens, id consilij ce-  
perim, Viros doctissimos in hoc scribendi ge-  
nere imitatus, cum praesertim in hoc opus per  
annos ferè quadraginta diligentissimè incu-  
buerim. Quo autem id fructu, docti iudica-  
bunt: mihi satis fuerit ad Dei gloriam & a-  
nimarum salutem, hunc tanto studio libellum  
composuisse. Vale in Christo.

Imprimatur, si placet Reuerendiss.

P. Magistr. Sacri Palatij.

B. Episc. Arim. Vicesger.

---

Imprimatur.

Fr. Io. Maria Brasichellen. Sacri Palatij,  
Apostolici Magister.